

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Lütkemann Justus Flöge

De Baptismo Disputatio Publica

Rostochii: Kilius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738367400>

Druck Freier  Zugang



R. u. Theol. 1648

Lütkemann, Joachim
Vest.: Flögens, Justus



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738367400/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738367400/phys_0002)

DFG

R. H. Heel
66

DE BAPTISMO

DISPUTATIO PUBLICA

Quam
Christo Adjuvante,

ET

Amplissima Facultate Theologica approbant,
In inclusa Academia Rostochiensi

SUB

PRESIDIO

Admodum Reverendi, Clarissimi atq; Excellenissimi
VIRI

DN. JOACHIMI LÜTKEMANNI

S.S. Theol. Doctoris, Physices & Meta-
physics Professoris celeberrimi, & ad D. Jacobi
Ecclesiastæ fidelissimi, Promotoris ac Prä-
ceptoris sui æviternum
suspiciendi

Publico Doctorum examini subjicit

J U S T U S F L Ö G A E U S.

Hameloniæ-Brunsvigius.

Habebitur in Auditorio Majori, horis ante-
meridianis 27. Septembr.

• 8(0) 80

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLI, Academia Typographiæ
Anno Epochæ nostræ 100 loc. XLIX.



V I R O

Perquam Reverendo, Clarissimo atq; Excellentissimo
DN. F RIDERICO Winefer/S. S. Theol.
Licentiato celeberrimo, in aulā Brunsvigio-Caleber-
gicā Ecclesiastæ vigilantissimo, sacriq; Senatus Ad-
cessori gravissimo.

U T E T
V I R I S

Amplissimis Consalitissimis, Pru- dentissimisq; DN. GERHARDO Reichen/ Consuli regenti.	Maleūm Reverendis atq; Clerissimis DN. M. HEINRICO SAN- NEMANNO, Superin- tendentis.
DN. MELCHIORI Westeno- holz/ J. II. Doctori Syn- dico.	DN. M. CONRADO JOA- CHIMO, Drepper.
DN. TOBIÆ à Dempfer/ Consuli.	DN. M. HEINRICO LAU- RENTIO Berckelman.
CÆTERISq; DNN. SE- NATORIBUS inclu- tæ Reipubl. Hamelen- sis gravissimis.	DN. M. JOHANNI WIL- HELMO LAMANN, Pastoribus Patriæ fide- lissimis.

DNN. Mecenatibus, Evergetis & Fautori-
bus omni honoris & observantiae cultu ju-
giter venerandis primitias basce Acade-
micas in debitæ reverentia & gratianis-
mitessram submissè consecratas offert

Julius Flögæus.

I. N. J. C. A.

§. I.

Nitionis sacramentum est Baptismus. Vocabulum origine græcum est ἡπο τὸ βαπτίζειν, quod intingere, immergere & quaslibet lotiones significat. Marc. 7, 4. Luc. 11, 38. Ob typum, transitus per mare rubrum Baptisma appellatur. 1. Cor. 10, 2. ubi πάντες εἰς τὸν μωσῆν ἐβαπτίσθησαν, docente Hein-sio in h. l. non significat, in Mosen baptizari; sed omnes usq; ad Mosen baptizati sunt; eodem modo, quo dicimus: πάντες εἰς ἑνα, omnes usq; ad unum. Veteres distinguunt inter Baptūmum Sanguinis, flaminis & fluminis. Baptismus fluminis solenne nostrum Initiationis sacramentum notat; Baptismus flaminis dicitur effusio Spiritus sancti, propter copiosam donorum effusionem. Matth. 3, 11. Is qui major est Johanne baptizat Spiritu sancto & igne. i.e. Spiritu ignito. Confer. Esai. 44, 3. Joel. 3, 1. Act. 2, 17. Tit. 3, 6. Baptūmum sanguinis martyrium eorum dicitur, qui ad sanguinis usq; profusionem restitire fidei hostibus. Quò refer Baptūmum crucis. Matth. 20, 23. Luc. 12, 50. Afflictiones enim aquarum gurgitibus comparantur. Ps. 18, 17, Ps. 69, 1, 2. Catechumeni ante acceptum Baptisma discedentes, Baptismo flaminis baptizati dicebantur; martyrio sublati, insuper sanguinis Baptismo baptizati laudabantur. Sacramentum Baptismatis in scriptura sancta etiam dicitur λεγόν τὸ ὕδατον. Eph. 5, 26. & simpliciter aqua. Joh. 3, 5..1. Joh. 5, 6. 8. Circumcisio sine manibus facta, Col. 2, 11. & baptismata nota, & quæ in eo sit, exutionem carnalis hominis.

§. 2. Author baptismi Deus est. Johannes baptizabat missus à Deo. Joh. 1, 33. Luc. 3, 2. c. 7, 29. 30. Matth. 21, 25. Hanc primam institutionem post resurrectionem renovavit & solemniter promulgavit Christus, missis Discipulis in universum mundum, jubens omnes baptizari. Matth. 28, 19. Mandato autem annexa est promissio. Marc. 16, 16.

§. 3. Minister Dei est homo administrans baptismum. Ordinarij

nariē id faciunt ii, qui ad Evangelii prædicationem sunt vocati. Matth. 28.
19. i. Cor. 4, 1. Decet enim omnia decenter & secundum ordinem fieri
in Ecclesia. i. Cor. 14, 40. Extraordinariè, in summo necessitatis casu,
baptismum administrare possunt homines privati, tum viri, tum mulie-
res. Satius enim est, infantem à privato baptizari, quam sine baptismō
mori, ne quantum in nobis est, à salutis mediis illum arceamus. Dices :
Deus sine baptismō potest regenerare. R. Ordinatio Dei, Joh. 3, 5. non
quidem Deo salvandi potentiam adimit, nobis tamen necessitatem ob-
sequendi imponit. Addimus exemplum Zipporæ circumcidentis filium
Exod. 4, 25. quod approbatum est per iræ divinæ cessationem vers. 26.
Idem alia fœminæ persecutionis tempore observasse videntur. i. Macc.
1, 63. 2. Macc. 6, 10. Cum tamen circumcisionis ministerium ordinari-
um procul dubio cesserit sacerdotio Levitico. Necessitate urgente, ma-
jor ratio habenda est salutis quam ordinis. Qui fidelium infantes in fœ-
dere nasci contendunt, etiam hanc extraordinariā baptismi administra-
tionem putidam ministerii prophanationem appellant, atq; i. objiciunt,
quod mulieres non permittantur docere in Ecclesia i. Cor. 14, 34. i. Tim.
2, 12. 2. quod iisdem S. cœnæ administratio nunquam concedatur,
3. quod usus γυναικεῖα ποσμός à Marcione Hæretico sit introductus.
R. ad 1. Dicta ostendunt quid ordinariè fieri debeat in publicis congres-
sibus, quibus docti viri intersunt. ad 2. in S. cœnæ usu non datur iste ne-
cessitatis casus, qui in Baptismo. ad 3. Marcion eumq; secuti Pepuziani
ordinariam baptismi administrationem mulieribus permiserunt.

§. 4. Christum ipsum baptizasse Joh. 3, 22. assertur; id tamen seq.
c. 4. v. 2. explicatur, quod ipse quidem non, sed Discipuli ejus baptizave-
rint. Abstinuit autem à baptizandi ministerio i. ne à Christo immedia-
tè baptizati se reliquis præferrent. Confer. i. Cor. 1, 14. 2. ut ostenderet
ministros tantum adhibere externum ministerium, se spiritu baptizare.

§. 5. Q. An baptismus à non baptizato collatus sit ratus? R. Baptismo
nondum instituto, Baptista non baptizatus in baptizando potuit initium
facere. Instituto autem jamq; vigente in Ecclesia baptismo, non bapti-
zatus vel novit se destitui baptismo, vel non novit. Si non novit, personæ
qualitas nihil demit integratæ Sacramenti. Si novit, & spernit; sit velut
Ethnicus. Sed extra Ecclesiam Sacramentum non est. Dices: verbum à
non regenerato prædicatum, per Spiritum sanctum efficax est in aliis.
R. Atq; is externa saltē professione adhuc Christianus est.

§. 6. Q. An

§. 6. Q. An baptismus ab Athanasio adhuc puerō administratus recte fuerit ratibatus; & an adhuc si idem contingenter, baptismus esset ratus? R. Nullus Baptismus iudicis est. Nec τάνερος Christiana in actione ludica acquiescere potest.

§. 7. Q. An quā se ipsum baptizare queat, & id cum sit, an baptismus ratus sit habendus? Neg. quia conscientia semper manebit dubia, cum & institutio & forma in institutione præscripta: Ego baptizo te; duas personas propriè exigunt. Dices. Minister non pertinet ad Sacramenti essentialia 2. Abraham circumcidit se ipsam. Gen. 17, 24. Et 3. ministris Ecclesiae licet sibi ipsis distribuere coenam sacram. R. ad 1. Causa agens quidem extrinseca est, non tamen quodvis agens ad effectum producendum aptum natum est. ad 2. Abrahamum se ipsum circumcidisse non dicitur; & postro quod diceretur; posset intelligi ut illud Joh. 3, 22. quod explicatur c. 4, 2. ad 3. Sicut non valet consequentia . privato licet administrare baptismum E. & coenam; ita nec : Ministro Ecclesiae licet sibi ipsi porrigit Eucharistiam E. non baptizato licet se ipsum baptizare.

§. 8. Q. An ab Hæretico collatus baptismus sit legitimus? R. Controversum id fuit in primitiva Ecclesia, sed sine schismate. Euseb. l. 7, Hist. Eccl. c. 2. & seqq; donec tandem Donatista sua pertinacia hæresin pepererint. Nos dicimus 1. Baptismus hæretorum in quo essentialia mutantur nequit esse ratus; ut cum Manichæi aquam ad baptismum adhibere nolebant, quod illam à Diabolo conditam opinabantur; & cum Arrianii baptizabant in solo patre vero Deo, in Jesu Christo Salvatore & creatura, & in spiritu sancto utriusq; servo. Dicimus 2. Substantialibus baptissimi servatis, baptismus ab hæretico collatus est ratus. In catu hæretorum, quemadmodum per prædicationem corruptorum labiorum, ex adultis; ita quoq; per baptismum sordidorum hominum, ex infantibus sibi colligit Ecclesiam Deus. Sic rata fuit circumcisio instituta ministerio Leviticorum sacerdotum, quorum tamen idolatriam erroresq; & Prophetæ taxarunt & Christus. Dices. Non sunt viva membra Ecclesiae R. sufficit quod sint Ecclesiae membra, saltem professione externa.

§. 9. Forma baptissimi in institutione exprimitur. Matth. 28, 19. adeoq; consistit in lavatione & verbo.

§. 10. Verba institutionis volunt, ut baptissimus fiat in nomine Patris, Filii & Spiritus sancti. His verbis qui baptizat, significat, se baptizare, mandato Dei, loco Dei, virtute Dei, invocato nomine Dei & deniq; ad gloriam

gloriam Dei, quatenus baptizatus obligatur ad colendum istum Deum,
in cuius nomine baptizatur.

§. 11. Verba institutionis in baptismo præcisè retinenda sunt, ut
omnis baptismus fiat, in nomine Patris, Filii & Spiritus sancti. Apostoli
quidem baptizasse leguntur in nomine Domini Iesu. Act. 2, 38. c. 10, v.
ult. c. 19, 5. non tamen forma ab Apostolis usurpata ibi describitur. Sed
quid, si in verborum recitatione litera aliqua vel syllaba immutetur, num
baptismus irritus est habendus? Si sensus manet integer & incorruptus,
baptismus ratus est habendus. Cum autem insolitus sacrificulus in nomi-
ne patria & filia & spiritu sancto baptizarat, merito Bonifacius ita ba-
ptizatos, usitata formulæ baptizari jussit, quem immerito Zacharias
Pontifex ob iteratum hunc baptismum reprehendit.

§. 12. Actio sacramentalis hic in layatione consistit, sive per imme-
sionem illa fiat, sive per aspersionem, baptizandi enim vox, ut jam ante
dictum, generalis est, & ad utrumque se extendit. Hinc varia genera ab-
lutionum Leviticarum baptismi vocantur Hebr. 9, 10. & Metaphoricè
larga effusio spiritus sancti baptismus dicitur. Confer. Act. 1, 5. & c. 2, 17.
Dices. in baptismo repræsentatur sepultura Christi; Hinc per baptis-
mum dicimus consepulti cum Christo. Col. 2, 12. Rom. 6, 4. Atqui id
non sit nisi per immersionem. R. Analogia significativa, quam signa sa-
cramentalia habent cum fructu sacramenti collata, est officium corun-
dum signorum secundarium; primarium est, ut sint media conferendi
gratiam. Sicuti respectu immersionis baptismus significat veteris Adami
mortem & sepulturam; ita respectu aspersionis, in baptismo prafigura-
tur aspersio sanguinis Christi, & spiritus sancti effusio. Tit. 3, §. 6.

§. 13. Q. An rectè trina fiat aspersio seu immersio? R. Sufficere potest
una: trinam tamen in primitiva Ecclesia usitatam liberè nostræ retinent
Ecclesiaz.

§. 14. Objectum baptismi aqua est, sive dulcis sit sive marina,
sive fluvialis sive fontalis. Joh. 1, 26, 33. c. 3, 5. 22. Act. 8, 38. c. 10, 47. Eph.
5, 26. Peculiaris aquæ consecratio Pontificiis usitata quæ sit sale, oleo &
chrismate, præter verbum Dei est instituta, nihilque ad sacramenti esse
facit. Apostoli obviam quamvis aquam baptismati adhibuerunt.

§. 15. Q. An deficiente aqua, quivis alius liquor addiberi possit, ut lixi-
vium, brodium cornuum, aqua rosacea, cerevisia, vinum simplex vel adustum?
Neg. quia Sacraenta in essentialibus non sunt mutanda, 2. alio liquo-

re.

et baptizatus perpetuis temptationibus exponitur. Apostoli è fluentiis
limpidam sumperunt aquam.

§. 16. Subjectum recipiens baptismum est homo, Matth. 28,
19. isq; vivus, quia mortuus nec fidei nec regenerationis capax est. 1. Cor.
15, 29. non dicitur mortuos fuisse baptizatos sed' alios quosdam ὑπέρ
νεκρῶν. Id quid sit ex Historia petendum est. Testatur autem Epiphanius
hæres. 28. si quis morte præventus sine baptismo discesserat, alium ba-
ptizatum fuisse ὑπέρ νεκρῶν, pro mortuo s. vice mortui. Quod quidem
Apostolus non approbat, tamen ad personam disputans, inde elicit, in-
consideratè negari resurrectionem mortuorum.

§. 17. Ad subjecti explicationem pertinet questio: *An totum corpus*
sit ablendum, au sufficiat unum membrum tingi, & quodnam membrum
id esse debeat? R. 1. Uno membro tinteto totus homo dicitur baptizatus,
quia baptismus non est depositio sordium carnis, sed purificatio spiri-
tualis; nec regenerationis vis est ab aqua sed à Spiritu sancto. 2. perinde
quidem est, sive hoc sive illud membrum sacro fonte tingatur, in dignio-
rit tamen corporis parte fieri debet ablution.

§. 18. Discrimen sexus in baptismo administrando non attenditur,
ut sit in circumcisione; nec populi, si baptizandus adultus est. Matth. 28,
19. Act. 2, 8. 38 c. 8. 12. 1. Cor. 12, 13, ita tamen ut prius informetur adul-
tus in fide Christiana, quam ad baptismum admittatur. Matth. 28, 19.
Act. 8, 36. 37. In infantibus discrimen observandum est; infantibus fi-
delium aditus ad baptismi gratiam patet liberrimus. 1. Ob divinam pro-
missionem Gen. 17, 7. 2. ob Christi invitationem. Marc. 10, 14. Sinite
parvulos ad me venire, nec prohibete eos. Sed nequeunt aliter venire,
quam per baptismum Joh. 3, 5. Infantes infidelium, i. e. omnium extra
Ecclesiaz gremium constitutorum, non quidem repelluntur, si à Chri-
stiano, in cuius potestatem casu aliquo perveneruant, offeruntur; nequa-
quam tamen admittuntur, si sunt & manent sub potestate patris infide-
lis, nec per vim ad baptismum rapiendi sunt. Quia sunt extra Ecclesiam
1. Cor. 5, 12. Deinde infantes, nisi ex mancipiis nati, jure sunt proprii
suum parentum, quibus vis non est inferenda; neq; enim Evangelium
aboleat politias. Objicitur I. 1. Tim. 2, 4. Deus vult ut omnes salvi
fiant. E. nemini media deneganda. II. Infantes natura sunt pares omnes
sc. filii iræ. Eph. 2, 3. Resp. ad I. Quos Deus vult fieri salvos, iis media non
fung

sunt deneganda, verum certo servato ordine. Si enim quis à salute & mediis salutis se excludit vel parentum culpa excluditur, prohibemur sanctum dare canibus. Matth. 7, 6. Dices: infantes non debent portare iniuriam patris. Ezech. 18, 20. R. Si planè sunt innocentes, & à parentum iniuriae ad Deum conversi. Alioquin culpâ parentum à salute possunt excludi. ad 2. Est discrimen inter natos in pomariis Ecclesiaz, & extra. Hi immundi. 1. Cor. 7, 14. alieni à testamento promissionis Eph. 2, 12. Dices: Quidam Christiani Ethnicis sunt pejores. &. Tamen per baptismum in foedus Dei sunt recepti, ita ut per veram pœnitentiam illis semper aditus pateat ad gratiam. Mirare hic gratiæ divinæ varietatem, qua quibusdam salutis media posuit propinquiora, quam aliis.

§. 19. De spuriis Christianorum quæsitum fuit, an sine contradictione sint admittendi. 1. ob maledictionem impiorum qui maledicti sunt cum semine. Deut. 28, 18. 2. ob expressam rejectionem spuriorum. Deut. 23, 2. Sap. 3, 18. Sed Resp. ad 1. Si isthæc comminatio de æterna maledictione est accipienda, quid fieri de Hiskia Achabi, & Josia Ammonis filio? Ad 2. ingredi Ecclesiam Dei in loco Mosaico, est publico officio in Ecclesia fungi, ut patet ex vers. 1. & 3. arcebantur autem spuri ab officiis publicis propter natalium dedecus, ne officia vilescerent. Exemplum Jephite est extraordinarium. Sententia sapientiaz non est accipienda de adulterinis liberis, sed generatione mala, in qua malus corvus malum ovum; ut patet ex collatione vers. 10. 11. & 12.

§. 20. Q. An baptizandi infantes nondum totaliter in lucem editi: e.g. si appareat vel pes vel manus, vel caput? Scholasticorum quidam affirmanter, partem apparentem in difficultate partus extrema esse baptizandum, sed ita, ut infans totaliter natus denuo baptizetur hac formula: si tu non es baptizatus, ego te baptizo. Nos commendamus regulam antiquitatis: Non potest quisquam renasci antequam sit natus.

§. 21. Q. Quid statuendum hic sit de monstroso partu? R. 1. Monstrum ex concubitu bestiali natum si quid fuerit, ut nominis humani ita & baptismi non est capax. 2. Monstrum ut in insigni natura errore sit conspicuum, si humanam non variat speciem, non est baptismi privandum. 3. Si Monstrum duplicata habet membra, in quo tamen de animæ duplicitate signum manifestum non apparet, principale membrum legitimè & simpliciter baptizandum est; si autem manifestè in dupliciti corpore duæ adsunt animæ, duplex distinctusq; baptismus est adhibendus.

§. 22. Q.

§. 22. Q. An baptizandi amentes & furiosi? R. Thomas part. 3, q. 68.
art. 12. Distinguit inter amentes natos & factos. Si quis extra Ecclesiam
in amentia natus est, cum suæ conditioni nativæ relinquendum existi-
mat. Furiosos factos tum baptizandos judicat, cum furoris sint aliqua
intervalla, ut informari queant, modo voluntas suscipiendi baptismum
in illis apparuerit.

§. 23. Q. An Iudeus vel Ethnicus aliqui invitū sit baptizandus aut vi
vel minis ad baptismum compellendus? R. Ad verbi auditum cogi possunt,
sed non ad baptismum. Invitus, vel etiam si minis adactus consenserit,
non est baptizandus: Alias duplicatur ejus peccatum.

§. 24. Q. An hypocrita accipiat verum baptismum? R. accipit quo ad
essentiam Sacramenti, quamvis non quoad salutarem fructum, sed ad
judicium. Conversus tamen serio, vi accepti baptismi, gaudet Dei fœ-
dere, quia promissionem Dei hominum incredulitas non reddit irritam:
Rom. 3,3.

§. 25. Q. Quare Christus baptizari voluerit? Respondebat ipse Matt. 3,15.
Ita decessit nos implere omnem justitiam: Omnia quæ adjustitiam, qua-
e coram Deo justificamur, consequendam pertinent, illa debuit implere
Salvator. Suo baptismō nostrum sanctificavit. Quia enim descendē-
do in aquam omnia quæ in corpore carnis suæ promeruit, istuc quasi
depositus, per aquam Baptismi cœu per medium merita Christi distri-
buuntur & applicantur: Inde in baptismō Christum induimus Gal 3,27.

§. 26. Finis & Effectus baptismi est regeneratio, ut benè bapti-
smus dicatur regni cœlorum puerpera. Joh. 3, 5. vi hujus dicti credimus,
infantes, qui per baptismum sunt spirituales, ante baptismum esse merē
carnales. Quid ergo sit si moriuntur sine baptismō? De Christianorum
infantibus eandem spem concipiimus quam de Israelitarum puerulis an-
te octavum diem mortuis, ob promissionem Dei. Gen. 17,7.

§. 27. Complectitur autem regeneratio ambitu suo peccatorum re-
missionem, ex potestate Sathanæ liberationem, Mortis Christi imputa-
tionem, cū Christo unionem, in filios Dei adoptionem, in foedus gratiæ
receptionem, fidei & Spiritus Sancti donationem, mundationem & vi-
ta æternæ possessionem. Hæc omnia largitur baptismus. 1. peccato-
rum remissionem. Baptizamus enim in remissionem peccatorum. Luc. 3,
3. Act. 2,38. Baptizatus abluit peccata sua. Act. 22,16. Abluitur autem
peccatum non ut non sit, sed ut non imputetur. *ἀνομία manet*, sed

reatus tollitur, liberamur enim à potestate tenebrarum. Col. 1, 13, 14.

2. mortem Christi nobis imputat Rom. 6, 3; in mortem Christi baptizamur. i. e. per baptismum participes redditur beneficiorum, quæ Christus sua morte ac passione promeruit. Inde tam verè nobis peccata remittuntur propter Christi mortem, ac si nos ipsi pro peccatis mortui essemus. 2. Cor. 5, 14. Sepelimur per baptismum cum Christo in mortem. i. e. reputamur ut mortui pro peccatis, & jam sepulti.

3. Cum Christo nos unit. quia Gal. 3, 27. baptizati, induimus Christum; & per baptismum facti membra Christi, sumus cum Christo unum corpus, omnium beneficiorum participes, 1. Cor. 12, 13.

4. Efficit filios Dei. Quotquot enim Christum induerunt, etiam per Christum facti sunt filii Dei; quæ suavissima Pauli illatio est. Gal. 3, 26. 27. uniti enim filio, diligimur in dilecto ut filii dilectissimi Eph. 1, 6. Hæc adoptatio quæ sit in baptismō, etiam ex regeneratione baptismi clarissimè probatur. Nam filii Dei censentur, qui ex Deo nati sunt Joh. 1, 12, 13.

5. In foedus gratiæ recipit. Succedit enim circumcisioni, quæ foedus est, & foederis signum Gen. 17, 7, 11, 13, 14. Baptisatus in nomine Dei obligat se ad cultum Dei & Deus Baptisatus gratiam & salutem promittit, quoties & quamdiu per fidem ad Deum accedunt. Confer. 1. Petr. 3, 21. Baptismus est οὐρανοῦ ἀπόθηκη εἰς Γεών. Quod simplicissime ita interpretor: est interrogatio, inquisitio seu consultatio de bona conscientia cum Deo. Sic Thucydides: ἐπερωτῶ τὸν Γεών. Deum consolo. In baptismi foedere postulat bonam conscientiam peccatorum DEUS annuit. 1. Joh. 5, 8. Aqua inter terram testatur de salute per Christum filium DEI.

6. Operatur fidem. Gal. 3, 26, 27. ibi 1. colligimus hunc aphorismum: credentes baptizati, sunt filii Dei per fidem, 2. notatum quod per Baptismum dicimus Christum induisse. At quid hoc aliud significat, quam beneficiorum Christi applicationem & spiritualem in Christo unionem? Ethoc ipsum si non nisi per fidem.

7. Effundit Spiritum sanctum. Baptizati enim accipiunt Spiritum sanctum. Act. 2, 38. Confer. 1. Cor. 12, 13. Hujus opus est regeneratione in baptismō. hinc baptizati nati dicuntur ex Spiritu Joh. 3, 5, & 6.

8. Confert salutem. Qui enim credit & baptizatus fuerit salvabitur, Marc. 16, 16. Baptismus nos salvat. 1. Petr. 3, 21.

9. Renovat & mundat vires animæ, ut amissa imago Dei in nobis restitui

restituui incipiat. Joh. 3. 6. Quod ex Spiritu natum; Spiritus est: i. e. sentit novos motus Spiritus impellentes ad vitæ novitatem. Confer. Eph. 5, 26. Col. 2, 11.

§. 28. Iusus quotidianus baptismi in vita est, 1. ut sit signum receptionis nostræ in gratiam, adeoq; in temptationibus est consolatio i. Joh. 5, 8. refatur. 2. ut nos moneat de mortificatione veteris Adami Rom. 6, 4.

§. 29. Virtus baptismi præfigurata est typis V. T. per arcam Noæ Gen. 6, 14. 1. Petr. 3, 20. per circumcisioñem Gen. 17, Col. 2, 11. 12. per mare rubrum & Jordanum Exod. 14, 29. Jos. 3, 14. 1. Cor. 10, 1. 2. per aquam expiationis Num. 19, 3. per lavacrum leprosi. 2. Reg. 5, 14.

§. 30. Q. Quidnam operetur baptismus in ibi qui ante baptismum Spiritus Sancti primitias acceperunt? R. Baptismus est foedus gratiam non tantum conferens, sed etiam obsignans. Qui jam ex verbo renatus est, si baptismum spernit, se ipsum ex foedere excludit, spernens Dei consilium.

§. 31. Q. An per baptismum tollatur pena civilis, quam quæ per præcedentia dilecta sibi attraxit? R. Mitigari quidem potest ordinaria pena, ut peccator ad baptismum invitetur; per baptismi tamen virtutem à civili pena non liberatur. 1. quia Evangelium non aboleat politias. Absolutio à peccatis respicit animam in judicio Dei, nec defendit justè condemnatos. Magistratuī pena debetur & propter exemplum & propter justitiam, ut reip. quam delinquens læsit, consulatur 2. Multi hypocritæ, ut penam effugerent, ad baptismum confugerent.

§. 32. Adjuncta in Baptismo notanda sunt tempus, Locus & Cetera remonstræ.

§. 33. Tempus institutionis constituitur initium ministerii Johannis. Administratio non adstringitur ad certum tempus. Optime sibi & suis liberis consulunt, qui primo quovis tempore eos Christo per baptismum offerunt; ne habeant perpetui doloris causam si infans forsitan baptismi privatus ē vita discedat.

§. 34. Baptismus semel suscepitus præter Dei mandatum reiterari non magis debet, quam reiterata fuit circumcisio.

§. 35. Q. Quid agendum cum expositiū? Scholastici statuant cum conditione baptizandos esse, de quorum baptismo dubitatur: Si tu non es baptisatus, ego te baptizo. Rectius absq; omni hæsitatione & conditione baptizantur, etiam cum addita est schedula, quæ testatur infantem

esse baptizatum. Neq; enim in re tam ardua schedulæ testimonio esse credendum, sed dubitationi futuræ est præveniendum. Dices: Si fieri potest ut re iteretur baptismus. R. Non potest dici iteratum, quod necit esse factum.

§. 36. Sed quid agendum cum infantibus in casu necessitatib; à mulieribus baptisatis, si superstites manent? R. Si constat ritè administratum esse baptismum, sacerdos addit benedictionem: Si dubitatur qua formula usa sit muliercula, infans baptizetur sine hæcitatione.

§. 37. Locum ordinarium, in quo administretur baptismus, Ecclesia publicum ordinavit, boni ordinis causa. 1. Cor. 14, 40. Ubi consuetudo fert, optimè id fit, congregato Christianorum cœtu. Quia 1. in Baptismo seriæ preces requiruntur; preces autem mulierum conjunctæ sunt efficiaciores. Matth. 18, 19. Jac. 5, 14. 2. utile est, suæ regenerationis ex publica illa actione pios commonefieri. Non tamen necessarius ad baptismi administrationem est locus publicus, potest etiam esse privatus. Apostoli baptizarunt ubi vis locorum, in via publica. Act. 8, 36, in ædibus privatis Act. 10, v. ult. in carcere Act. 16, 33.

§. 38. Ritus qui præter essentialē actionem ab Ecclesia in baptismo usurpantur, sunt Exhortationes, preces, gratiarum actiones, patrionum seu susceptorum fidejussio, nominis impositio. Exorcismus & signum crucis, ut res libera, alicubi admittitur, alicubi omittitur. Nec desunt qui pie optant, sicuti sine scandalo fieri potest, ut exorcismus planè tollatur, propter duriora quædam, quæ in eo continentur, verba.

§. 39. Susceptorum officium est, testari, orare, & in Christiana educatione juvare. Ex hoc officio tanquam fine judicandum, qui susceptores adhiberi debeant, qui non, prout quis attingere potest finem vel ex toto vel ex parte. A diversæ religionis homine ad officium susceptoris vocatus, piam adhibeat prudentiam, ne vel cum adversariis colludere, vel infirmiorem fidem offendere videatur.

§. 40. Ex fidejussionis ritu in baptismō, spiritualem cognitionem deducere, qua matrimonium inter compates eorumq; liberos prohibeat, superstitionis est.

§. 41. Definimus tantum baptismum, quod si Sacramentum Novi Testamenti, in quo ex institutione Christi, homini ad regenerationem aqua aspergitur in nomine Patris, Filii & Spiritus sancti.

CON-

CONTROVERSIA PRIMA.

An baptismus Johannis idem Sacramentum fuerit
cum baptismo Christi.

Affirmamus contra Pontificios afferentes 1. Baptismum Johannis non fuisse à Deo institutum. 2. non habuisse eandem cum baptismo Christi efficaciam. 3. necessarium fuisse, baptizatos baptismu Johannis denuò baptizari, baptismo nempe Christi. adeoq; 4 non fuisse verum baptismu, sed præparationem tantum ad baptismum Christi. Lutherus quidem initio prædicationis Evangelicæ in disputatione de baptismu legis, Johannis & Christi idem statuit esse essentiale discrimen inter baptismum Christi & Johannis, sed nomen suum professus est inter illos, qui scribendo proficiunt. Dicam propter hanc controvèrsiam nemini scribimus, Pontificis tamen sequentes conclusiones opponimus.

Conclusio 1. Baptismus Johannis fuit institutus à Deo Arg. 1. ex clara litera. Joh. 1, 33. Johannes missus est à Deo ad baptizandum Luc. 3, 2. 3. postquam factum erat verbum Dei ad Joannem, caput prædicare baptismum poenitentiarum Matth. 21, 25. Baptismus Johannis fuit ex cœlo Luc. 7, 30. fuit consilium Dei. *Excipit Bellarm.* Deus solum in genere inspiravit & inspiratione illa mandavit ut baptizaret; sed ritum in particulari, quo baptizandum esset, ipse Johannes instituit, nec à Deo præscriptum accepit. R. 1. Posito, quod interno saltem Spiritus sancti impulsu ad baptizandum fuerit missus, impulsus tamen internus in Viris propheticis æquivaleret externo mandato. 2. Ex iis quæ Luc. 3, 2. 3. & Jo. 1, 33. narrantur, colligere licet, quod vox quædam divina ad aures Johannis delata fuerit, cum baptizandi mandatum accepit. 3. Quocunq; tandem modo missus est, quod generale tantum mandatum acceperit, non informatus particulariter in essentialibus requisitis, nemo cogitat, qui novit Deum nolle coli inventis humanis.

Arg. 2. ex fine baptismi, Johannes baptizavit in remissionem peccatorum, ut paulo post docebitur. At media ad remissionem peccatorum institutus solius Dei est.

Obiectio Bellarmino: Vocatur baptismus Johannis, non Christi. Matth. 21, 25. Ista autem denominatio non potest significare, Joannem ministrum tantum fuisse ejus Baptismi, sed etiam Autorem; alioqui baptismus Christi potuisset etiam vocari baptismus Petri, Pauli, Philippi &

aliorum : quod tamen scriptura diligenter cauit, ne viderentur illi autores baptismi. **R.** Denominationis istius alia ratio reddi potest. Quia enim Johannes ante Christum baptizavit, baptismus à Johanne collatus Johannis dici obtinuit; postquam autem Christus ipse per discipulos suos baptizare cooperat, baptismus non à Discipulis sed à Christo, Autore denominari coepit.

Conclusio II. Baptismus Johannis non fuit muta ceremonia, siquidem sine verbo aqua non est baptismus; sed administratus est in nomine Christi. **A.** Act. 19, 5. Dices: Nuspiam legitur Johannes baptizasse in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti. **R.** 1. Etiam Apostoli ante passionem Christi baptizantes. Joh. 4, 2. non leguntur hac formula baptizasse. Ergone sine verbo, vel alia formula? Quia verborum forma usi sint, colligendum ex doctrina quam Christus tunc prædicavit, in quam doctrinam etiam Apostoli baptizarunt. Joh. 3, 26. non obscurè indicatur, eundem à Johanne & Apostolis observatum fuisse ritum. 2. Johannes procul dubio Baptismum administravit in nomine ejus qui eum misit, is vero est unus verus Deus, Pater Filius & Spiritus Sanctus.

Objectio: Ipsum Christum Johannes baptizavit eo ritu, quo cæteros. At ridiculum fuisset. Christum baptizari in nomine Christi. **R.** quia id ridiculum erat in oculis hominum, ideo Johannes Christum admittere recusavit; quem tamen rectius informatus admisit. Matth. 3, 14. 15. Sicut Christas in sacrificio mortis, fuit ipsum reconciliationis sacrificium, ipse sacerdos reconcilians, atq; ipse Deus reconciliandus; ita in Baptismo repræsentavit peccatorem, onustum peccatis mundi; nec de sit esse Christus, in cuius nomine peccatores mundantur.

Conclusio III. Baptismus Johannis eandem cum Baptismo Christi habuit efficaciam. Marc. 1, 4. Luc. 3, 3. prædicavit baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. **Exceptio 1.** Loquuntur Evangelista de remissione peccatorum, per baptismum Christi demum expectanda. 2. Remissio peccatorum non tribuitur baptismu Johannis, sed tantum poenitentiae, ut sensus sit iuxta Bellarm. Johannes prædicavit baptismum poenitentiae i. e. qui incitabat & invitabat ad poenitentiam, quam poenitentiam qui agerent, ut oportet, consequerentur remissionem peccatorum. **R.** ad 1. Expressè Evangelista loquuntur de fructu baptismi à Johanne administrati. ad 2. Remissio peccatorum tribuitur utriq; & poenitentiae & baptismu, hoc sensu: prædicavit, quod omnis qui baptiza-

812

tur & poenitentiam agit, habeat remissionem peccatorum: Sicut & Christus: qui credit & baptizatur salvus erit.

Confer Luc. 3, 7. *Quā ostendit vobis effugere futuram iram?* Hoc dicebatur iis, qui exibant ut baptizarentur. E. fuit medium salutare, per quod à futura ira i. e. poena infernali liberari homo potuerit. Luc. 7, 30. *Spreverunt consilium Dei contra seipso.* Joh. 1, 25. *Cur baptizas, cum non sis Christus?* quia se. baptismus non erat nuda ceremonia, sed poenitentibus remissionem peccatorum conferebat; inde institutionem ejus non homini debere colligebant, sed Messia. Act. 18, 24. Apollos per baptisatum Johannis adeptus est dona maxima.

Objecatio Marc. 1, 8. Johannes baptizavit tantum aqua, Christus autem Spiritu Sancto. R. Christus duplicitate baptizat Spiritu Sancto. 1. per verbum & Sacraenta, distribuendo communia Spiritus Sancti dona, atq; tum distinguitur ministerium hominis externum ab efficacia baptismi interiori, quæ Christo tribuitur. 2. per miraculosam effusionem Sp. dona extraordinaria quibusdam conferendo. Utrumq; intelligere potuit Johannes; Hinc non tantum in futuro dicitur *Baptizat* i.e. sed etiam in praesenti *Baptizav.* Joh. 1, 33. maximè tamen intellectus posterior, interprete ipso Christo. Act. 1, 4. e. 11, 16.

Conclusio IV. Post baptismum Johannis non erat necessarium baptizari à Discipulis Christi. Act. 19, 4. s. Confidentibus Discipulis quibusdam, se baptizatos esse baptismu Johannis, respondet Paulus, id sufficere nec opus esse novo baptismu, siquidem & à Johanne baptizati, in nomine Domini Iesu Christi baptizati fuerint. Adversarii hunc ipsum locum in contrarium torquent sententiam, quod baptizati à Johanne, auditio Paulo, denso baptizati sint in nomine Domini Iesu; atq; id modeste Paulo necessarium fuisse. Verum contextus per particulias p̄m & de clarissimè ostendit vers. 5. referendum esse ad sermonem Pauli non ad narrationem Historici.

Objecatio: Ex Historia Evangelica pater, quod omnis Iudea ad baptisatum Johannis convolaverit. At ipso primo Pentecostes die ab Apostolis baptizati sunt tria millia hominum, paulo post quinq; millia. R. Apostoli non leguntur scrupulose inquisivisse, cum tot homines baptizabant simul, utrum quis in illa turba lateret prius baptizatus vel à Johanne, vel ab ipsis Christi discipulis. Fieri itaq; potuit, aliquos rursus baptizatos ab Apostolis fuisse, prius baptizatos vel à Johanne, vel à Christi Discipulis. At istam reiterationem necessariam fuisse negatur. Coy.

Conclusio V. Baptismus Johannis non fuit preparatio ad Baptis-
mum Christi, sed verum atq; unum idemq; cum baptismo Christi sa-
cramentum. Patet ex prioribus, quia 1. Habet eundem Autorem, ean-
dem materiam & formam, eundem quoq; effectum. 2. non opus erat
reiteratione. Adde 3. Posito contrario, caput nostrum Christus, nec ve-
rum, nec idem cum membris baptismum receperisset. *Exceptio Bellarm.* Con-
cedendo non idem baptismus esse Christi & membrorum, quia id indi-
gnum erat persona Christi, ut qui non indiguit peccatorum remissione.
R. 1. Baptismus Johannis provocavit ad pœnitentiam. Atq; hoc magis
indignum Christo. 2. Christus nostram personam induerat, ut agnus o-
nustus totius mundi peccatis; atq; ita ad baptismum, in quo peccata re-
mittuntur, accessit, ut omnis justitia impletetur. Esse autem 3. incon-
veniens, diversum constituere baptismum in capite & membris, ostendi-
tor 1. inde, quod sic aliud non nostrum baptismus suo contactu sanctifi-
casset Christus. 2. Eph. 4, 5. unum dicitur esse baptismus omnium in toto
corpore mystico, tam capitum quam membrorum. *Exceptio ad 1.* per ba-
ptisma quod ipse accepérat, sanctificavit omnes in nostro baptismo
aquas, non obstante, quod non idem sit utrobiq; sacramentum. *ad 2.*
textus loquitur de Baptismo quem Christus instituit, non quem Johan-
nes: R. *ad 1.* Aquæ per baptismum Christi sunt sanctificatae, sed non in
alia actione, quam illa, qua Christus eas sanctificavit. Alioquin in o-
mni lotione essent sacrae. Manet itaq; regula firma: Quicunq; bapti-
smus à Christo non est assumptus, ad justificationem peccatoris non
est sanctificatus. *ad 2.* Sine causa singitur in dicto Apostolico distinctio,
Loquitur de baptismo simpliciter, tum capitum tum membrorum. Dices
Si aquæ consecratae per Christi baptismum. E. antea nondum fuerunt
aquæ in baptismo sanctificatae. R. Ut fructus passionis se extendit ad
præteritum & futurum, ita quoq; sanctificatio baptismi, facta contactu
Dominii.

CONTROVERSIA SECUNDA. De Pado baptismo.

Eam oppugnant Anabaptistæ, quibus opponimus locum classi-
sum Joh. 3, 6. ubi habetur 1. hæc universalis: *Quicunq; non regeneratur*
ex aqua, non potest ingredi regnum cœlorum. 2. ratio: quia quod natum
est ex carne caro est. Argumentum: *Quicunq; in peccatis conceptus, ille*
regene-

regeneratione opus habet, infantes sunt in peccatis concepti, caro de carne Ps. 51, 7. E. opus habent regenerationem. *Excipiunt* i. negando peccatum esse in infantibus. 2. limitando universalitatem dicti, quod intelligi volunt tantum de adultis, siquidem Christus agit cum Nicodemus, adulto. Ad 1. ex doctrina de peccato originis fuisus respondeatur. Urgeri hic potest quæstio: utrum infantes ex carne nati sint, an ex spiritu, si ex carne. E. vi dicti regeneratione indigent, ad 2. Attendendum non tantum ad quem Christus locutus sit, sed etiam quid. Loquitur autem universaliter de omnibus ex carne natis. Neque enim adulta demum ætate de carne nascimur.

2. Quibuscumque patet aditus ad Ecclesiam, per baptismum in Ecclesiam sunt introducendi, quia Ecclesiam sibi mundat Christus per lavacrum aquæ in verbo Eph. 5, 26. Hinc baptismus vocatur primus ad Ecclesiam introitus & prima porta. Confer. Act. 2, 41. *Oppositorum sunt.* Atq; infantibus Christianorum patet ad Ecclesiam aditus. Marc. 10, 14. Sinite parvulos ad me venire.

3. Non negligimus universalitatem mandati. Matth. 28, 19. Si excludendi infantes adducenda est aliqua incapacitas. *Dicunt.* Infantes non sunt capaces foederis, fidei & poenitentiarum, carent enim rationis usum R. i. Circumcisio foedus erat, cuius tamen non incapaces habebantur pueruli. 2. ut fidem ita poenitentiam in infantibus operatur, non usus rationis, sed Spiritus sanctus, modo nobis incomprehensibili.

Nec desunt 4. exempla in praxi Apostolorum. Act. 16, 15. 33. baptizata leguntur integræ familiæ, ex quibus frustra infantes excludis. *Dices:* Act. 18, 8. Crispus dicitur credere cum omni domo sua. Numquid & hic infantes includuntur? R. Infantes, si quos Crispus habuit, recepto baptismo, nequaquam inter infideles numerandis fuere, sed gaudent titulo & privilegio fidelium.

Obicitur Christus trigesimo ætatis anno baptizatus. R. baptismus prius non erat institutus; quæ autem instituta erat, circumcisio nem in infantia accepit.

CONTROVERSIA TERTIA.

De fide infantium.

Anabaptistæ fidem infantibus simpliciter denegant. Pontificii fidem actualem denegant, habitualem tribuunt. *Quod* sane sensu ad-

C

mitti

mitti potest; nequaquam autem, si docent, parvulos credere fide aliena, ita ut alius baptizetur, alius credat. Calviniani lemen fidei parvulis tribunt, ipsam fidem denegant. Nostra sententia haec est: Infantes in baptismo accipiunt Spiritum Sanctum, qui non est otiosus: actionem autem Spiritus Sancti vocamus fidem, id est, fiduciale apprehensionem Christi ad vitam æternam. Qua assertione non negamus discrimen inter fidem adultorum & parvolorum. Adulti sentiunt motus Spiritus; in infantibus operatio Spiritus est planè occulta.

Distinctè ut progediamur, positio I. hæc sit: *Infantes non sunt fides incapaces*. Probatur exemplo Johannis, qui adhuc in utero repletus Spiritu sancto Christum exultatione sua annunciat. Luc. 1, 15. 41. 44. Dicunt id esse extraordinarium. R. nec negamus, interim probat manifeste infantes esse capaces fidei, non quidem per vires naturæ, sed per Spiritus sancti virtutem.

Objectio: Infantes carent rationis usu. R. in somno, phrenes, agone mortis perit usus rationis. Ergone ibi desinit Christus habitare in cordibus nostris perfidem? Spiritus Sancti operatio non alligata est ad rationis usum. In dormientibus sàpè mirabilis fiducia erga salvatorem à Spiritu Sancto excitatur, cui similis operatio non video, quomodo in infantibus negari possit, præsertim cum ad alia phantasmatá, quæ per somnia in illis excitantur, apti deprehenduntur. Christum autem addiscunt non ab extra sed ab intra. Habant Spiritum Sanctum interius sedentem, ceu Doctorem internum, qui imaginem Christi pro illis passi, quasi in ipsis pingit, & amorem quendam erga illum incendit. quis hæc incredibilia dicet?

Positio II. *Infantes baptizati fidem revera habent*. Arg. 1. ex loco Gal. 3, 26. 27. Quicunq; Christum induerunt sunt filii Dei per fidem.. Quorquot baptizati sunt, Christum induerunt E. sunt filii Dei per fidem

2. Ex proprietatibus fidei, quæ infantibus expresse tribuuntur; 1. fiducia Psal. 71, 5. 6. 2. timor Domini Apoc. 11, 18. Ubi nota 1. distribuitorum cœtum salvandorum in parvos & magnos, 2. hosiplos dici sanctos timentes nomen Domini. Confer. e. 19, 5. Psal. 115, 13. Dices: in infantibus non apparent fructus fidei. Resp. Nec in iisdem manifestè apparent fructus peccati originalis; Deinde nec in adultis dormientibus emper fructus fidei apparent. In seminibus & surculis latet vis vitalis, sed

Ted fructus non sentitur. Fides in infantibus exteriorem virtutem suo tempore exerit.

3. à regenerationis natura. Infantes per baptismum sunt ex Deo nati. Joh. 3, 5. 6. Atqui omnis ex Deo natus est filius Dei per fidem. Joh. 1, 12, 13. item, omnis natus ex Deo vincit mundum, idq; per fidem. 1. Joh. 5, 4, 5.

4. à necessitate fidei. Sine fide nemo justificatur. Rom. 4, 25. 28. Gal. 2, 16. nemo placet Deo Hebr. 11, 6. nemo salvatur. Joh. 3, 18. 36 Marc. 16, 16. nemo in Christo, aut beneficiorum ejus particeps redditur. Rom. 11, 20. Eph. 3, 17. Sine fide nemo est filius Dei. Gal. 3, 26. Johan. 1, 12, 13. ubi nota suscipere Christum & credere, esse usum idemq;; sicut & pro una re ponitur, esse natum ex Deo & esse filium Dei.

Exceptio 1. Scriptura loquitur de adultis. Infantes imputatione, justitiae Christi, sine fide propria justi sunt. Resp. Somnium id est Scripturæ incognitum. Pronunciata Spiritus Sancti sunt generalia. Unus Christus, una fides, unus modus apprehendendi Christum. Præter fidem, medium, quo Christum suis beneficiis apprehendimus, nominari nullum potest. Cum donum aliquod multis offertur, cuius tamen omnes actu non sunt participes, causa querenda est in illis, quibus offertur, quorum aliqui donum oblatum recipiunt, aliqui repudiant. Aut igitur infantibus fides est tribuenda, aut Christus denegandus cum omnibus beneficiis.

Exceptio 2. Salutem, & filiationem habemus per fidem vel propriam vel alienam, parentum puta; vel Ecclesię. Nam i. propter fidem parentum Deus etiam Deus est liberorum. Gen. 17, 7. 2. Christus peccata paralytico remittens, intuitus est fidem eorum, qui eum afferebant. Matth. 9, 2. Resp. Fides aliena potest alteri corporalia beneficia per preces impetrare, quin & fidem. Id quod exemplum paralytici probat. Intuitus enim Christus fidem non tantum decumbentis sed etiam offerentium, motus est ad juvandum. Salutem autem & filiationem in Christo nemo apprehendit nisi fide propria, Habac. 2, 4. Idq; volunt omnes promissiones de fide. Nam pone, sufficere fidem alienam, & præter verbum aliquid singis, & quilibet nebulo poteris salvis fieri. *ad rationem 1.* Resp. Promissio non est absoluta, quod filii fidellum sint sub gratia, sive credant, sive non, sed sub conditione fidei. Gal. 3, 7. Rom. 9, 6, 7, 8. *ad 2.* Non aliena, sed propria fides paralytico acquisi-

vit peccatorum remissionem. Dicitur enim: confide fili, remittunt te
tibi peccata tua.

Objec^{tio} Fides est ex auditu, Rom. 10, 17. Resp. Sed non tantum, siquidem & baptismus per fidem regenerationis causa est in infantibus. Manifestum hujus rei inditium est in iis, qui à nativitate fuerunt surdi & muti, qui nutibus & signis profitentur fidem, quam didicerunt non externo auditu, sed intus per Spiritum Sanctum quem in baptismo acceperunt. Apostolus loquitur de adultis & populorum conversione ad Christum. In adultis principium fidei est Evangelii prædicatio & meditationis, absq; qua esset, nec parentes infideles converterentur, nec liberi ad baptismum aditus pateret.

CONTROVERSIA QUARTA

*An baptismi efficacia sese extendat etiam
ad futurum?*

Pontificii uti afferunt, baptismum conferre gratiam justificatoris ex opere operato non mediante fide; ita etiam negant, efficaciam baptismi sese extendere ad futurum. Amissam gratiam posse quidem recuperari, verum virtute non baptismi, sed poenitentia, remedii magisardi. Hinc poenitentiam vocant secundam naufragii tabulam, qua magno cum labore ad portum navigandum, cum ad baptismi navim non detur regressus. Nos docemus 1. Baptisatum per lapsum malitiosum contra conscientiam excidere gratia, amittere justitiam & jus filiationis. 2. redditum tamen ei patere ad eandem gratiam; idq; 3. non per reiterationem baptismi, sed per poenitentiam. Hactenus dissentire Pontificii non possunt, quamvis de poenitentia ratione longe alia, quam nos, doceant. Addimus autem 1. foedus gratiae in baptismo ex parte Dei manente inviolatum, adeoq; 2. baptizato licere vi baptismi ad eandem reverti gratiam; idq; 3. in poenitentia per eandem fidem, quis gratiam apprehendimus in baptismo. In his dissentunt, adeoq; status controversiae est; An ex parte Dei foedus gratiae in baptismo initum post lapsum maneat integrum, ita ut in poenitentia seria, per eandem fidem, qua primus gratia fuit applicata, eadem gratia denuo apprehendatur: quod Pontificii negant, nos affirmamus. περὶ τοῦ ψεύδους. in eo consistit quod negant fidem esse ex nostra parte unicum justificationis instrumentum.

Hinc

Hinc singunt distinctos justificandi modos. In baptismo nos justificari negant mediante fide, sed ex sola baptismi efficacia, quamvis fides in adultis requiratur, ut dispositio subjecti: In poenitentia ponunt satisfactionem propriam, fidem excludunt. Nos profitemur, eandem utrobiq; esse gratiam Dei peccata remittentis; idem meritum Christi promerentis; idem verbum Evangelii exhibentis; ac ex parte nostra idem medium apprehendens fidem. Multa hic controversa concurrunt, sed id proprium est hujus loci: An fœdus gratiae in baptismo initum per lapsum ita evanescat, ut ejus porro in vita nullus sit usus; sicut navis fracta definit in naufragio emergendi medium, ubi ad tabulas confundendum multoq; labore enatandum.

Argumentum pro nostra assertione 1. à promissione fœderali data Marc. 16, 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvabitur. Atq; haec promissio est perpetua. Es. 54, 10. Fœdus patris meæ non movebitur Rom. 3, 3. numquid incredulitas fidem Dei irritat? 2. Tim. 2, 13. Si infideli sumus, ille fides manet, negare se ipsum non potest, suam putat misericordiam & promissiones ex ea ortas.

Bellar. Promissiones Dei sunt perpetuae si sunt absolute. Promissio in baptismo est conditionata, includens conditionem fidei perseverantis. Si ergo quis non perseveraverit in fide, etiam non salvabitur hoc remedio, sed aliud querere debet. R. Promissiones conditionales etiam sunt perpetuae; sed frui promissione nemo potest, nisi servata conditione. Conditio gratiae baptismi annexa est fides, sive quis in fide perseveraverit, sive per poenitentiam redat. Nam & fides post poenitentiam fides est. Confer Jer. 3, 1. Sicut maritus adulteram uxorem, quam dum repudire potest, recipit, non novum pactum erigit, sed ad conjugis semel contracti pactum eam revocat: ita & Deus.

Arg. 2. Sicut fideles Israelitæ ex circumcitione efficaces consolations doxerunt 1 Sam. 14, 6. c. 17, 36. ita fideles N. T. consolationes ex baptismo hauriunt. Gal. 3, 27. Est credentibus perpetuum signum receptionis in gratiam, nos esse Christi & per Christum filios Dei.

Arg. 3. Rom. 6, 3. Baptizati sumus in mortem Christi, e. ut participes simus testamenti de remissioni peccatorum per mortem Christi,
Objec. 1. Heb. 6, 6. Prolapsi non possunt rursus renovari ad paenitentiam: e. non possunt redire ad pactum baptismi & vi baptismi mundari. R. Si renovari ad poenitentiam idem est, quod baptizari. Sensus

C 3 est:

est: prolapsos non posse denuo baptizari; quod concedimus. Oraculi
tamen hujus longè alias est sensus.

*Objec^{tio} 2. Aequitas non patitur, ut æquè facilem viam habeat ad
gratiam, qui peccat post baptismum, quam qui ante; Cum hic peccet
ignorans Deum, & gratiam non habens; ille contra. R. Remissio pec-
catorum non est estimanda ex peccatorum qualitate, cum ex merita Dei
gratia proficiatur.*

CONTROVERSIA QVINTA.

*An Eccl^{esi} cur baptismus non sit rei-
terandus.*

Hemerobaptistæ & Marcionitæ sæpius vel etiam quotidiè rebap-
tizabant suos. Id quidem nobiscum improbat Pontificii, sed causam
peregrinam ex traditione adducunt, indelebilem characterem; aliam
ex scriptura sacra peti posse negant. Nos domesticas posse inveniri cau-
sas non dubitamus.

Primum fundamentum positum est in silentio scripturæ. De reite-
ratione baptismi nullum extat mandatum. *Bellar^m.* Nec scriptum est
ut repetatur, nec, ut non repetatur. R. Omnis cultus divinus sine man-
dato divino est ἐθελοθρησκία. Ut satis fuit semel circumcidisti, postquam
mandata erat circumcisionis, ita ex institutione baptismi non possimus
colligere nisi necessitatem baptismi semel conferendi.

Alterum fundamentum ex pacto gratiæ quod in baptismo initum
manet in tota vita perpetuum; ut jam probatum. Fructu Baptismi qui
per impenitentiam aliquamdiu caruit, eodem denuo perfrui potest, mo-
do per poenitentiam ad eandem, quæ in baptismo oblata est, gratiam re-
vertatur. *Except.* 1. Cum illo qui sine fide baptizatur non facit Deus pa-
ctum, quia hoc est inter duos consentientes. Nec tamen denuo baptiza-
tur. E fundamentum non reiterandi baptismi non est pactum aliquod
perpetuum. 2. Eucharistia continet pactum, nihilominus repetitur. R.
ad 1. Baptismus potissimum foedus est respectu Dei se obligantis ad per-
petuam in fide Christi gratiam. Cum infantibus circumcisionis non obstan-
te quod carent actuali consensu, Deus foedus erigit Gen. 17,7. ita etiam
cum brutis c. 9, 10. *Ad 2.* Eucharistia non est sacramentum receptionis
in...

in foedus aliquod novum; sed redintegrationis & confirmationis in isto
foedere priori, in quod per baptismum sumus recepti, quod ex parte Dei
firmum semper maneat.

Objecit Hemerobaptistarum. Quotidiè indigemus remissione
peccatorum R. Sed non necesse est, ut per idem medium, nempe ba-
ptismum queratur. Sufficit ad salutem quod pœnitenti liceat re-
dire ad foedus divinæ gratiæ ex parte Dei inviolabile
& perpetuum.

SOLI DEO GLORIA.



Quomodo quis justo fiat baptimate justus,
J U S T E, doces. Ergo præmia justa feras.
Præmia sunt, justis que nunc male denegat orbis
Injustus, laus & gloria, vita, salus.

Henricus Rahne / J. D. Prof.
& p. t. Rector Academie
Rostochiensis.

Ad Dn. RESPONDENTEM, de Baptismo disputantem.

Defendis sacri meritò pia jura lavacri.
Namq; tibi vita janua prima fuit.

Benevolentiae causa

f.

J. Lütkeman.,
Præses.

Ad

Ad præstantem & Eximum
DN. RESPONDENTEM
DE BAPTISMI SACRAMENTO
publicè disputantem.

Quid Tiberin, Nilumq; strepis celeberrima Roma?
nobilis Tiberis flumine Christus habet
Baptismi flumen: tibi quod fluit: ergo precabor,
Flamen: habet laudis pagina vestra decus.

L. M. Q. auctor ad.

*Augustinus Varenius, SS. Theolog.
Licentiatus & Hebr. Liter. Prof. Publ.*

Ad
DN. RESPONDENTEM,
Virtute ac Eruditione Præstantem.

Quid juvat insigni doctrina impendere tempus
Usus ni accedit, quo mediante viger,
Vires celata est mera inertia penè vocanda;
At splendens usū redditur illa magis.
Rectè ideoq; facis dum publica pulpita tangis,
Doctè defendens dogmata sacra D E l.
Entheum id ingenium prodis, quod serpere deses
Nescit humi, sed que sunt meliora colit.
Perge modò, ut pergis, Christi defendere verbum,
Qui Tibi sudoris præmia grata dabit;

Ita gratulabundus ominatur

*Johann: Bünting,
Hannoveranus.*

•6(0)•



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738367400/phys_0027](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738367400/phys_0027)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738367400/phys_0028](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738367400/phys_0028)

DFG

Hinc singunt distinctos justificandi modos. In negant mediante fide, sed ex sola baptismi effigie adultis requiratur, ut dispositio subjecti: In positionem propriam fidem excludunt. Nos profici esse gratiam Dei peccata remittentis; idem in remittentis; idem verbum Evangelii exhibentis; a medium apprehendens fidem. Multa hic continent id proprium est; hujus loci; An foedus gratiae in lapsum ita evanescat, ut ejus porro in vita nulla fracta desinit in naufragio emergendi medium giendum multoq; labore enatandum.

Argumentum pro nostra assertione i. à pta Marc. 16, 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit promissio est perpetua. Es. 54, 10. Fœdus patitur in 3, 3. numquid incredulitas fidem Dei irritat? 2. T ille fidus manet, negare se ipsum non potest, suarum promissiones ex ea ortas.


Bellar. Promissiones Dei sunt perpetuæ si in baptismō est conditionata, includens contrariantis. Si ergo quis non perseveraverit in fide, et in remedio, sed aliud querere debet. R. Promissiones sunt perpetuæ; sed frui promissione nemo potest. Conditio gratiæ baptismi annexa est fides, sive conscientia, sive per poenitentiam redit. Nam & fides possunt. Confer Jer. 3, 1. Sicut maritus adulteram uxorem repudiat, recipit, non novum pactum erigit, sed tracti pactum eam revocat: ira & Deus.

Arg. 2. Sicut fideles Israëlitæ ex circumciditione duxerunt i. Sam. 14, 6. c. 17, 36. ita fideles ex baptismō hauriunt. Gal. 3, 27. Est credentibus participationis in gratiam, nos esse Christi & per Christum.

Arg. 3. Rom. 6, 3. Baptizati sumus in mortis similes sumus testamenti de remissione peccatorum.

Objec. 1. Heb. 6, 6. Prolapsi non possunt reverti ad poenitentiam i. e. non possunt redire ad pactum baptisatum. R. Si renovari ad poenitentiam idem est, et

C 3



the scale towards document

ultificari
s fides in
ut satisfac-
utrobiq;
prome-
ra idem
runt, sed
am per-
ut navis
s confu-

terali da-
Atq; haec
ur Rom.
li sumus,
rdiam &

Promis-
perseve-
ritur hoc
es etiam
ditione.
everave-
fides est.
repudia-
nel con-
onsola-
tiones ex
im rece-

ut par-
Christi,
ad pauci-
i mun-
Sensus
est.